dotauit dotalitiauit inscripsit et Reformauit, uti dat dotat dotalitiat inscribit et Reformat praesentibus. Per ipsam Illem Catherinam Bandrowska Sui Repts conthe eiusque posteros eandem medietatem bonorum Suorum... reditariorum et obligationum Mobilium et Immobilium summarumque quarumuis pecuniarium cum vniversis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus, Competentiaque perpetua quauis tenendi habendi possidendi illisque quiete et pacifice Vtifruendi ad suosque et suorum successorum quosuis beneplacitos vsus fructus, libere et effectualiter conuertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et Juribus in Regno obseruari solitarum; praesentis Sua Recognitione ad praemissa omnia singula mediante.

453

Bandrowska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemislien. Illis Catherina Bandrowska Illis Hrehorij Horodyski Maciejczuk Consors Legitima cum eiusdem mariti sui Vti Tutoris Coniugalis personali assistentia, et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Quibus Jurisdictionibus Suis quibusuis propriisque Competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemisliensi Jurisdictioni, quoad Actum huncce totaliter cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Subijciendo atque incorporando palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ibi Recognoscenti, de bonis Paternis et maternis Se Recognoscentem in vim Dotis et expeditionis jure naturali ... ne concernen. germanus Suprascriptorum Parentum

Suorum

Suorum in omnibus totaliter et plenarie Satisfactum est. Ob quam eiusmodi Satisfactionem dotis et expeditionis realem et effectivam persolutionem bonis eisdem Paternis et Maternis generaliter omnibus abdicat abrenunciat et resignat. Hac Sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Horodyskich Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobiles Hrehorius Horodyski Macieyczak Nobilis Pauli Horodyski

453 cum Nobili olim Theodosia Horodynska procreatus filius ab una et Catherina Bandrowska partibus ab altera Coniuges legitimi Sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Subijciendo et Submittendo palam libere publice ac per Expressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim Suo pro parte esse recognovit. Quia ipsi, et quidem Consorte cum eiusdem mariti sui viri Tutoris Coniugalis assistentia et volentes ad infrascripta recognoscenda Consensu Sibi mutuo et invicem omnium generaliter bonorum Suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum Auri Argenti Klenodiorum Unionum Margaritharum Vestium Vestimentorum Pecorum pecudum Equorum Equiret ac totius Supellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentium nunc habentium